Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35415
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Viduae et virgines conjugati p pallida. Viduae p celicolas virgines. Primo dicit lilia pallida sunt conjugati licet enim status ille bonus sit tamen plura committit q in illo statu sunt p q aut pallescit et infirmat quare quidam dicit quasi plus dolet vir. Nunc autem nupta cogitat quae mundi sunt quomodo placeat viro suo et ideo pallit pallescit. 2o p lilium celicolarum significat viduae. Vidua vera mensis terrenis inserviebat fere tota debet esse in desiderio suspiratio nulla gaudia consortium quaerens in extremis apostolorum. Vidua quae in deliciis est viuens mortua est. 3o p lilium album significant virgines propter candorem innocentiae. Ex his ergo tribus generibus liliorum sequitur exercendit in horto suo ut lilia colligant. Ex statu conjugali viduali et virginali. Horum liliorum fons est maria quae ex gratia virginitatis ne arescant. Unde est quod in triplici statu fuisse phibetur conjugali viduali et virginali. Conjugio joseph fuit. Vidua mortuo joseph virgo ante partum in partu post partum ac virgo in ebriu post manifestatur. Hic tria gratia producit in ortu pomorum. Quid est ortus pomorum mensis aliud nisi regnum celorum pomum et rotunda. rotunda autem fine non est sic primia virorum finem non habebunt. 3o splendent horores ire ad offerendum in templo. Sic obtulit deus pro virgini beate. in corpore eius tria munera munera primum munus quod pater celestis obtulit in templo beate virgini est quod concepit filium suum. illum puerum in utero suo. fuit fere gratia et pies et iste. O quam felix oblatio. vis quod pater celestis offerat tibi filium suum. tuum geas cor mundum et castum propter castitatem et humilitatem elegit sibi dominam mariam in matrem. nunquam creavit deus aliquam creaturam quam tantam habuit caritatem sicut maria propter elegit eam sibi in matrem. unum unum mariam non decebat alter filius quam deus. nec deum decebat alia mater quam maria et hi propter eius castitatem et humilitatem. Item habuit cor puro et solidum quod neque mortalibus neque venialibus peccatis fuit subiecta. Unde Augustinus de peccatis agitur. Volo ut maria taceat quae immunis ab omni peccato fuit. 2m munus fuit spiritus sanctus. Hic quod spiritus sanctus superquiescit inter et. Hoc munus obtulit etiam apostolis in pentecoste. Accepiens suum omnis spiritum sanctum. Sic offert tibi munus spiritus sancti si fuis mundus et castus. 3m munus fuit gratia. Hoc obtulit quando dixit. Inuenisti gratiam apud dominum. Sic et tibi offert gratiam